

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Decimus Quintus De Poenitentia Et Conversione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191

lium solatium? cœna capiunt, *generatim* situm est tum in ipsis spiritualibus epulis, tum in multiplici fructu, (de quo supra §. VI.) qui cum digno eius usu coniunctus est: *speciatim* autem in hoc: (1) quod hinc explorare iudicare possint, Christo, æternæ illi ac substantiali sapientiæ, delectationi esse habitare inter natos hominum; (2) quod de facta per ipsum reconciliatione cum Deo magis magisque certiores, et per dignum eius usum diuinæ naturæ ac cælestis mentis Domini nostri Iesu Christi cumulatus semper participes fiant; (3) quod idem seruator, quum se ipsum illis tradat edendum et bibendum, omnia secum illis donaturus, multo autem minus ea, quæ viliora sunt, denegaturus sit; (4) quod, confecto fidei certamine, cœnam Agni in cælo celebraturi, et simul fidem, virtutem et amorem seruatoris sui in omnium Dei electorum, sanctorum amatorumque consociatione æternum prædicaturi sint. Matth. VIII, 11. XXVI, 29. Luc. XXII, 30. Apoc. II, 7. 17. XIX, 9.

ARTICVLVS DECIMVS QVINTVS

DE

POENITENTIA

ET

CONVERSIONE.

§. I.

Post diuina beneficia et mē- **H**actenus in consideratione status gratiæ occupati, tum de diuinis beneficiis, tum

De pœnitentia et conuerfione. 235

tum de medijs salutis breuiter expoſuimus; dīa ſalutis ſpectandus igitur nunc eſt *diuinus ordo*, quid por- quem ingredi homo debet, ſi ex ſtatu peccati ro ſpe- et defectionis in ſtatum reparatæ per Chri- ſtandum? ſtum gratiæ tranſire, in eo conſeruari, et hinc in ſtatum futuræ gloriæ transferri cupiat.

§. II.

Ad hunc diuinum ordinem in primis *Quid ad pertinet vera pœnitentia et conuerſio*: vnde iſtum di- Chriſtus, et ante ipſum Ioannes baptiſta, vinum ordinem pertinet? poſt ipſum etiam omnes apoſtoli ab ea ini- tium concionis noui teſtamenti fecerunt. Matth. III, 2. IV, 17. Marc. VI, 12. Luc. XXIV, 47. Act. XVII, 30. XXVI, 18. Hebr. VI, 1. De hac ipſa igitur potiora momenta in hoc articulo ponderanda ſunt, quando- quidem in tractatione diuinorum beneficio- rum neceſſitatem et indolem eius non niſi generatim indicauiſus.

§. III.

Pœnitentia interdum pro *prima* duntaxat *Quotu- parte conuerſionis, contritione* videlicet, acci- pliciter pitur, adeoque a fide diſtinguitur, vid. Marc. vocabu- I, 15. Act. XX, 21. Interdum vero et *contri- lum pœ- nitionem et fidem* denotat, Matth. III, 2. Luc. accipitur? XXIV, 47. Et hoc ſenſu de pœnitentia in hoc articulo loquimur, tamenſi de fide, al- tera conuerſionis parte, accuratius et fuſius in ſequenti articulo agendum eſt.

§. IV.

Pœnitentia autem opus eſt Dei triuinius, Pœniten- ad tiam quis efficit?

ad quod homo, in peccatis mortuus, viribus naturalibus nihil conferre valet, Ier. XXXI, 18. Aët. XI, 18. Phil. I, 6. II, 13. Eph. II, 1. quemadmodum inter alia supra Part. II. Art. III. de libero arbitrio §. V. et Art. VI. §. III. de regeneratione, (quæ, quod ad rem ipsam, cum conversione vna eademque est,) ostensum est. Ita speciatim *Pater* dicitur homines trahere ad Christum, Io. VI, 44. *Christus* dare pœnitentiam, Aët. V, 31. ad eamque congregare homines, Matth. XXIII, 37. *Spiritus sanctus* mundum arguere de peccato, Io. XVI, 8. Itaque quando pœnitentia et conversio ab homine, tamquam pars diuini ordinis in negotio salutis, requiritur, Matth. III, 2. IV, 17. XI, 21. XIII, 15. XXI, 32. non ideo fit, quasi suis ipsius viribus eam posset efficere, sed vt significetur, eum supernaturalibus Spiritus sancti viribus, per verbum ad pœnitentiam sibi oblatam, non malitiose resistere, sed locum relinquere, et in orando, querendo et pulsando studium et fidelitatem suam probare debere, Apoc. III, 20. coll. Aët. VII, 50. Matth. XIII, 15. et 2 Cor. V, 20. Gal. I, 15. 16. Quo respectu homo etiam venire ad Christum, Io. VI, 37. 44. 65. Matth. XI, 28. ex Patre audire et discere, Io. VI, 45. procurare non periturum cibum, com. 27. cetera, dicitur.

§. V.

Medium
ordinari-

Medium ordinarium pœnitentiæ et con-
ver-

De pœnitentia et conuersione. 237

uersionis est *verbum Dei*, Luc. XVI, 29-31. um pœni-
 ler. XXIII, 22. 29. Per *legem* enim peccatum tentia
 et ira Dei aduersus peccatum in conscien- quod
 tia reuelatur et excitatur, Rom. III, 20. VII, nam?
 7-13. 2 Cor. III, 6. sicut ex euangelio fides
 in Christum nascitur, et pœnitentia hoc mo-
 do perficitur, Rom. X, 14. 17. De aliis *me-*
diis pedagogicis externorum beneficiorum,
 iudiciorum, morborum, bonorum exem-
 plorum, et similium, quibus Deus ad effici-
 endum opus pœnitentiæ vitur, iam supra
 Part. II. Art. IV. §. V. de vocatione, quæ homi-
 nis conuersionem proxime spectat, diximus.

§. VI.

Pœnitentia et conuersione *omnes omnino* Quinam
homines sine vlllo discrimine *egent*, utpote homines
 per Adæ defectionem a luce ad tenebras, pœniten-
 a Deo ad potestatem satanæ, sub qua ante tia et con-
 conuersionem capti tenentur, auersi, Act. uersione
 XXVI, 18. Col. I, 13. quare Deus omnibus egent?
 vbique hominibus denunciauit, ut resipisce-
 rent, vitæque correctionem per omnes gen-
 tes prædicari iussit. Act. XVII, 30. Luc. XXIV,
 47. Neque tamen vlli reuera conuertantur,
 nisi qui gratiæ ad pœnitentiam inuitanti et
 erudienti parent ei que non malitiose repu-
 gnant, Act. II, 37. 1 Thess. II, 13. Iac. I, 21.
 Luc. VIII, 15. 2 Tim. III, 8. Quodsi homo
 semel regeneritus et conuersus per carnalis
 mentis dominium gratia excidit, ad eam non
 nisi per viam veræ resipiscentiæ redire potest,
 Ier.

Ier. III, 1. 2 Sam. XII, 13. coll. Ps. LI, 2. seqq. Apoc. II, 4. 5. III, 3. Quomodo autem quis ipse sibi ob stare possit, quo minus ad resipiscientiam renouetur; de eo vid. Matth. XII, 31. XIII, 15. Hebr. VI, 4. 6. X, 26. 27. Vid. etiam supra Part. II. Art. II. §. IV. et XII. Fidelibus ac regenitis *quotidiana penitentia* tribui solet, quæ autem nihil aliud est, quam quotidiana renouatio, de qua supra Part. II. Art. IX. egimus. *LVTHERVS* in Psalm. penitential. I. numero VI. Tom. I. Alt. fol. 27. b. „*Hæc vita hand vlla alia in re occupata esse debet, quam in detestando vetere homine, et querenda atque expetenda vita noui hominis. Itaque melius est flere, queri et gemere, quam ridere et letari, canere, quiete, pace, et commoditate frui.*”

§. VII.

Natura et forma penitentia et conuersionis quam in re consistit?

Natura autem et *forma* penitentia et conuersionis non consistit in externa tantum gestuum, verborum, operum atque morum mutatione, Matth. XXIII, 25-28. 1 Cor. IV, 20. Act. VIII, 13. 21. 22. 23. Apoc. III, 1-3. sed proprie ac præcipue *in interna mutatione mentis ac voluntatis*, seu in conuersione ex tenebris in lucem, et ex satanæ potestate ad Deum, Act. XXVI, 18. vti emphasis vocabuli græci *metavolæas* requirit. Ista autem mutatio incipit ab agnitione peccati, siue profundæ omnium tam animi, quam corporis virium corruptionis, ex eaque proficiscentium varia.

De poenitentia et conuersione. 239

riarum technarum, fraudum et fallaciarum, atrociorum etiam delictorum et flagitiorum, Ier. III, 13. XIV, 20. Rom. VII, 7. Pf. LI, 5. 7. quam agnitionem per officium suum elencticum Spiritus sanctus in intima hominis mente efficit, ipsumque conuincit, quod ita deprauatus vnione et communione cum Deo frui nequeat, contra ea diuinam iram et execrationem legis in conscientiam excitat. Orat. Manass. com. 5. Rom. IV, 15. V, 20. VII, 13. Pf. XXXII, 3. 4. XXXVIII, 1-9. Cum ista agnitione tristitia secundum Deum, dolor et contritio cordis, 2 Cor. VII, 9. 10. Pf. LI, 19. Ies. LVII, 15. XXXVIII, 13. siue dolores spiritualis partus coniuncti sunt, sub quibus homo peccati turpitudinem ita agnoscit, vt eam valde perhorrescere, coram Deo erubescere, et se prosternere, se ipsum odisse et incusare, peccata sua confiteri, illisque virtute mortis Christi mori incipiat. Leuit. XXVI, 41. Ier. XXXI, 19. Pf. XXXII, 3. 5. XXXVIII, 19. LI, 6. 7. Orat. Manass. com. 8. 9. 11. Matth. XXVI, 75. Dan. IX, 7. 8. 13. 16. Luc. XIV, 26. XV, 19. 21. XVIII, 13. XIX, 8. Rom. VII, 10. sqq. 1 Cor. XI, 31. 32. Iac. IV, 8-10. In his omnibus autem tantum adest, vt peccator vere resipiscens sibi persuadeat, se peccata sua satis superque deplorare, vt potius eorum magnitudinem fœditatemque intuens id sibi dari optet et cupiat, vt adhuc magis deplorare ea possit.

LF.

LUTHERVS in Psalm. I. pœnitent. numero VI. Tom. I. Alt. fol. 27. b. „Cubile lacrimis liquefaciam. Hoc autem fieri non potest, nec ab illo umquam sancto, ita quidem, ut verba sonant, factum audiuius aut legimus. Quare verba ista in spiritu dicta, et in spiritu intelligenda sunt, quod nimirum animus illius tantopere in veterem hominem incensus sit, ut, si corporis permetteret conditio, tantam vini lacrimarum profundere velit. Igitur, quod ad voluntatem attinet, omnia statim fiunt. Voluntas enim internum omnium eternorum operum et omnis vitæ pondus est, et si corpus mentem vere contritam et incensam adsequi et exæquare deberet, citius unius horæ spatio, instar niuis liquefieret atque interiret. Ex quibus apparet, anxietudinem et tristitiam, in qua quis proterius manet, duram ceruicem retinet, peccatoque amplius feruire cupit, non esse pro vera contritione seu compunctione, utpote qua peccati corpus aboleri oportet, Rom. VI, 6. habendam. Ceterum non eadem est in omnibus, nec æque diuturna, vera tamen et sincera in omnibus fit, oportet. Ut autem in ista contritione et compunctione auersio animi a tenebris siue peccato, tamquam fœda imagine diaboli, efficitur; ita conuersio ad Deum fit per fidem, quæ in ista contritione cordis nascitur, et initio in fame et siti diuinæ gratiæ et spiritualium virium sese prodit, petendo
au.

De poenitentia et conuersione. 241

autem, quærendo et pulsando instare deber,
Orat. Manass. com. 11. 12. 13. Ps. LI, 2. sq.
Act. IX, 11. vt virtute Spiritus sancti ex euangelio ita corroboretur, vt promissiones eius in illisque Christum, iustitiam suam, accipere, in ipsius merito adquiescere, diuinam gratiam et peccatorum veniam sperare, et hoc modo conscientiae terrores vincere possit, Ies. LXI, 1. 2. 1 Io. V, 4. Quæ omnia sacra scriptura vocat *ex morte transire in vitam*, Io. V, 24. 1 Io. III, 14. **LUTHERVS** Comment. in Hos. c. XIV. Tom. IV. Witteb. fol. 468. b. (Tom. VIII. Alt. fol. 716. b.) „Me-
„minerimus, poenitentiam veram incipere ab
„agnitione et vera confessione peccati. Neque
„autem hæc potest exsistere sine ingenti dolore.
„Quia enim mens intuetur voluntatem Dei, et
„eternas peccati penas, hoc est, mortem ob oculos habet, serio commouetur, et non tantum
„dolet de admissis, sed etiam peccatum vere incipit odisse. Hunc motum, siue contritionem siue
„attritionem dicas, non statuimus cum sophistis
„esse motum hominis, sed Spiritus sancti opus est.
„Natura enim destituta Spiritu sancto non odit
„peccatum, sed amat, non dolet de peccato,
„sed gaudet peccatis, et occasionibus peccatorum non potest satiari. Spiritus sanctus igitur
„quum per poenitentiam resingit hominem,
„diuersos motus inserit animis, vt videant peccati seditatem, vt cogitent de penis et ira
„Dei. Has cogitationes sequitur odium peccati

Q

vet

„et ardens desiderium ignoscentiæ., Item :
 „Hanc flammam diuini iudicii quum Spiritus
 „sanctus per verbum in corda immittit, tum
 „sequuntur non hypocritici, sed veri et serii
 „motus, dolor de peccato, confessio peccati, et
 „propositum cauendi et fugiendi porro peccati.,
 Item : „Inchoata igitur penitentia est, quum
 „agnoscimus peccata, et de iis serio dolemus.
 „Tum autem absoluitur, quum in his dolori-
 „bus accedit fiducia misericordiæ, et animi, vt
 „Propheta hæc docet, conuertuntur ad Deum,
 „exposcunt veniam peccatorum., Item : „Hæc
 „seu fides seu fiducia etiam opus est Spiritus
 „sancti, non nostrum. Nam natura refugit a
 „Deo, quum videt immitti ab eo pœnas, nec
 „potest sperare inde salutem, vnde iram videt
 „proficisci. Hunc nature nostræ adfectum Spi-
 „ritus sanctus per verbum euangelii non corri-
 „git solum, sed prorsus tollit, et instillat ani-
 „mis fiduciam misericordiæ. Ostendit enim,
 „Deum, etsi peccatum odit, tamen non esse eo
 „animo, vt peccatores ideo velit damnatos.
 „Nam mundo donauit filium suum, et iussit per
 „eum credere remissionem peccatorum et vitam
 „æternam. Hanc cælestis Patris voluntatem
 „quum animi, Spiritu sancto per verbum ad-
 „flati, intuentur, in ipsis doloribus concipiunt
 „spem, et tamquam in umbra mortis vident
 „lucem vitæ. Etsi enim peccata terrent; tamen
 „ideo non desperant, quia vident pretium pec-
 „catorum incomparabile, sanguinem Filii Dei,
 mor-

De poenitentia et conuersione. 243

„mortem quoque etsi meritis se peccatis statuunt, tamen adquiescunt in misericordia Dei, qui non vult mortem peccatoris, sed vult, ut conuertatur et viuat, atque ideo non pepercit vnigenito Filio suo, sed dedit eum usque ad mortem crucis, ut ipsius plagis nos sanaremur. Ad hunc modum absoluitur poenitentia, huius postea certi proueniunt fructus.,,

§. VIII.

Finis veræ poenitentiae ac conuersionis *Quinam* est, ut homo ex tenebrarum potestate vindicetur, Col. I, 13. coll. Luc. XI, 21. 22. *finis veræ poenitentiae?* veniae peccatorum et diuinæ gratiae particeps reddatur, Act. II, 38. XXVI, 18. vnctione et luce Spiritus sancti repleatur, Eph. I, 13. V, 14. qua corpus, animam et spiritum sanctificetur, Rom. VI, 22. I Thess. V, 23. atque ideo ad vnionem cum Deo et participandam sanctorum fortem in luce idoneus fiat, Act. XXVI, 18. quorum omnium homo, quoad animo est resipiscere nescio, capax non est.

§. IX.

Præcipui veræ poenitentiae *characteres* *Quinam* sunt: (1) supra descripta corporis peccati *præcipui* abolitio, Rom. VI, 6. (2) dominium in peccatum, com. 12. Gal. V, 24. *characteres poenitentiae?* (3) abnegatio sui et mundi, Luc. XIV, 26. Phil. III, 8. (4) studium sanctimoniae, sine qua nemo videbit Dominum, Rom. VI, 22. I Petr. I, 13-15. Hebr. XII, 14. Huc etiam spectant effectus diuinæ tristitiae. 2 Cor. VII, 11.

Q 2

§. X.

§. X.

Quanam
præcipua
eius im-
pedimen-
ta ?

Præcipua veræ pœnitentiæ et conuersio-
nis *impedimenta* sunt (1) inordinatus amor
sui et hinc oriunda arrogans hominis de se
iam conuerso persuasio, Ies. LVIII, 2. Luc. XVI,
15. XVIII, 9. 11. 12. 14. Matth. XIX, 20.
XXI, 31. Io. IX, 41. Apoc. III, 15. sqq. (2)
huius vitæ curæ et diuitiarum fallacia reli-
quarumque rerum cupiditates, seu amor
sæculi, Marc. IV, 19. Luc. XIV, 18-20.
Matth. XXII, 5. (3) voluntaria bonorum mo-
tuum diuini Spiritus suffocatio, Prou. I,
23-25. 30. Hebr. IV, 7. Aët. VII, 51. (4)
externa et simulata pœnitentia, Ies. LVIII,
2. 3. Mich. VI, 6. 7. Hof. VII, 16. Amos. V,
21-23. Ioel. II, 13. (5) carnalis fiducia, quam
quis in misericordia Dei et Christi merito
habet, ex eoque solatium captat, in securi-
tate et duritia mentis perseuerans, Ier. II, 33.
Sirac. V, 6. 7. Rom. VI, 1. Ep. Iud. com. 4.
(6) carnalis fiducia in externo mediocum sa-
lutis vsu, cultu diuino, religione, et piis
maioribus, Ies. I, 11-16. Ier. VII, 4. 5. Luc.
XIII, 25-27. 1 Cor. X, 1-6. 11. Matth. III, 9.
Io. VIII, 33. 39. (7) abusus diuinæ longani-
mitatis et beneficiorum, Ps. L, 21. Ezech.
XII, 22. sq. Sir. V, 4. Rom. II, 4. 5. Gen. XIII,
10. 13. (8) spes longioris vitæ ex eaque ex-
sistens dilatio pœnitentiæ, Luc. XII, 19. 20.
Sir. XVIII, 2. Aët. XXIV, 25. Hebr. IV, 7.
(9) multorum ministrorum ecclesiæ minus
fida

De pœnitentia et conuerſione. 245

ſidæ officii adminiſtratio, Ezech. XXXIV, 3-10. (10) in primis eorum minus apta et ſincera diuinam doctrinam proponendi methodus vitæque improbitas, Ier. XXIII, 11. 16. 17. 22. 27. Mal. II, 8. (11) animi inquietudo et impatientia in mora diuini ſolatii ſub initium pœnitentiæ, Sir. IV, 20. 21. 22. (12) potentia et occæcatio diaboli, Luc. VIII, 12. 2 Tim. II, 26. 2 Cor. IV, 4. (13) induratio, Matth. XIII, 15. 1 Tim. IV, 2. et (14) deſperatio, Matth. XXVII, 4. 5.

§. XI.

Officium noſtrum eſt, (1) indicata impedimenta omnia fugere, contra ea operationibus Spiritus ſancti, ad efficiendam in nobis pœnitentiam, locum relinquere, Ieſ. XL, 3. 4. Hebr. IV, 7. Apoc. III, 19. 20. (2) in certamine pœnitentiæ durare, et diuinæ gratiæ ſolacium ex promiſſionibus euangelii patienti ac libenti animo expectare, Pf. CXXX, 5. 6. 7. Sir. IV, 18-21. VI, 18-22. (3) poſt actam pœnitentiam ab operibus mortuis in quotidiana mentis renouatione ſtudium et diligentiam adhibere, atque ita dignos pœnitentiæ fructus edere, Matth. III, 8. Io. XV, 16. Col. III, 5-10. 2 Petr. I, 5-9. (4) aliorum etiam emendationi voce et exemplo inferuire, Pf. LI, 15. Iac. V, 19. 20. 1 Petr. III, 1. Sir. LI, 35. (5) cum diuinis angelis lætari, Deique miſericordiam, quæ